Versor, Johannes: Quaestiones super libros Ethicorum Aristotelis (cum textu)
[Cologne]: Heinrich Quentell, 1494 Seite 38



Tribus autem dispositionibus existentibus
ducibus quidem malicijs. hac quidem sm su/
perabundantiam. hac autem sm defectũ. vna
autem virtute medietate omnis omnibus op
ponitur aliqualiter. extreme quidem enĩ et me
die ꝛ ad inuicem contrarie sunt. media autẽ ex
tremis. Quemadmodum enim equale ad mi/
nus quidem maius. ad maius autem minus.
Ita medij habitus ad defectus quidem super
abundant. ad superabundantiam autem defi/
ciunt et in passionibus ꝛ in operationibꝰ. For
tis enim ad timidum quidem audax videt̃. ad
audacem autem timidus. Similiter autem ꝛ
temperatus ad insensibilem quidem intẽpera
tus. ad intẽperatum autẽ insensibilis. Libera
lis autem ad illiberatẽ quidẽ prodigus. ad pro
digum autẽ illiberalis. Propter quod ꝛ proij/
ciunt mediũ extremialiter ad alterum. ꝛ fortem
vocant. timidus quidẽ audacez. audax aũt ti/
midũ. ꝛ in alijs proportionaliter Sic autẽ op
positis ad inuicem his maior contrarietas est
extremis ad inuicem q̃z ad mediũ. longius enĩ
hec distant ab inuicem q̃z a medio. quẽadmo/
dum magnũ a paruo. et paruuz a magno. q̃z
ambo ab equali. Adhuc ad medium quidez q̃
busdam extremis similitudo quedaz videtur.
vt audacie ad fortitudinẽ. et prodigalitati ad
liberalitatem. Extremis autẽ ad inuicem plu
rima dissimilitudo. que autem plurimũ distãt
ab inuicem contraria determinantur. quare et
magis contraria que plurimũ distant. Ad me
dium autem opponitur in his quidez magis
defectio. in his autem superabundantia. puta
fortitudini quidez non audacia superabundan
tia existens. sed timiditas defectus existens. tẽ
perantie autem non insensibilitas indigentia
existens. sed intẽperantia superabundantia ex
istens. Propter autem duas causas hoc ꝯtin
git. vna quidẽ que ex ipsa re. in essendo enĩ pro
ximius et similius alteruz extremoꝝ medio nõ
hoc. sed contrarium opponimus medio ma/
gis. puta quia similius esse videtur fortitudini
audacia ꝛ proximius. et dissimilius timiditas
hanc magis opponimus. Distantia enĩ plus
á medio contraria magis videntur esse. Una
quidez igitur causa hec ex ipsa re. alia aũt ex no
bisipsis. Ad que enĩ ipsi magis nati sumus ali
qualiter. hec magis contraria medio videntur
puta ipsi magis nati sumus ad delectationes
ideo facilius mobiles sumus ad intẽperantiaz
q̃z ad temperantiã. Hec igitur magis contra/
ria dicimus ad que magis augmentũ fit. ꝛ pp
ter hoc intẽperantia superabundantia existẽs
magis contraria est tẽperantie

## Querit septimo

Utrũ tm̃ sint du
odecim virtutes
morales. scilicet prudentia. iusticia. fortitudo. temperan/
tia. liberalitas. magnificentia. magnanimitas. philothi/
mia. mansuetudo. veritas. eutrapelia. ꝛ amicicia seu affa/
bilitas. Arguitur primo ꝙ sint pauciores q̃z duode/
cim. Et hoc patz autoritate Tullij ꝛ Senece. qui oẽs
dictas virtutes ad quatuor reducunt. g̃ solum sunt qua
tuor Arguitur secũdo. prudẽtia nõ est virtus moral.
quia est subiectiue in anima rõnali per essentiã. Et confir
matur. quia inter virtutes intellectuales enumerat̃ pru
dentia. vt habetur in octauo huius. ergo nõ sunt duode/
cim virtutes morales. In oppositum est philosophꝰ
in textu. Pro responsione

## Sciendum primo

Qz postq̃z phus ostendit quid sit virtus in generali. hic
consequenter diffinitionem predictam per singulas vir/
tutes in speciali. ostendens ꝙ in singulis est bonum ꝛ lau
dabile. extrema vero mala ꝛ vituperabilia. Et dicit phi
losophus hoc esse necessarium. scz aptare diffinitõem vir
tutis ad singulas virtutes. quia inter sermones illi qui
sunt circa operationes vniuersales sunt magis inanes
q̃z illi q̃ sunt circa operatiões particulares. quia particu
lares sunt veriores Cuius rõem assignat phs. quia opa
tiones sunt circa singularia. ergo sermones operatiui in
vniuersali sunt inanes. Sciendum secundo ꝙ distin
guendo virtutes sm quosdã modos generales virtutũ
omnes possunt reduci ad quatuor sicut loquuntur Tul
lius ꝛ Seneca de virtutibꝰ. tamẽ conueniẽtius distinguũ
tur virtutes sm subiecta sicut eas distinguit Arestote/
les. Et sm eum quatuor virtutes que sunt iusticia. pru
dentia. fortitudo ꝛ temperantia nõ dicuntur principales
quia sunt generales. sed qr alie virtutes reducunt̃ ad ip/
sas sicut spẽs ad genera. ꝛ ideo dicuntur cardinales.

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iii-95/0038
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt